

I

N nomine Domini Dei, et laboratoris nostri Jesu Christi. Concessimus nos Dominus vir gloriosissimus Arichis Dei providentia Longobardorum Principis, in Monasterio S. Vincentii quod situm est in finibus Samnie, juxta Vulturum flumen, ubi tunc: vir ~~Sanctus~~ Abbas: terris cum montibus uno se tenente

Præceptum Arichis
Præp. Longob.

quod situm est in
finibus vero
S. Vincentii

quomodo exstant se cum fluvio Vulturino, et rivis qui vocatur Causa, et terris, et montibus qui sunt conjuncti cum terris, et montibus, que Dominus Vir Reverendissimus Desiderius summus Dux, per Præceptum concessum habet in prefato Monasterio. In primis Montem qui nominatur pauci, et montem Paganum, montem Cabalion, montem Casale, et montem-malum, sicut aque decurrunt, et vallem ubi Ecclesia nostra S. Eleutherii constituta est, quam et Ecclesia nostra S. Cosmi, et Damiani, et Montem qui dicitur Archanum, et Montem Martii cum collibus, vallibus, juronibus, (virginibus, et cum omnibus finibus circumstantes: jam dictas terras, et montes. Et quomodo incipit decurrere Riago que nominatur Ravennola, et qualiter exferat terra S. m. Arichis in jam d. Monasterio concessimus ad possidendam in integrum, ut amodo, et semper cunctis, ut superius sequentis, tibi jam d. S. S. Ven. Abbati atque Successoribus vestri Monasterii securiter habere, et possidere valeatis.

Causa flu

Ravennola

Post peractis itaque in 20 Regimine annis 8. Ven. pater defunctus, seculo migravit ad Christum. Id est. Januarij.

Sanctus Taso hujus loci S. congregationis tertius succedit Pastor, et Pastor, Jesu Christi vestigia sequens, virtutum omnium præterea plenus exiit charitate. P.ificavit vero in eodem Monasterio Ecclesiam. S. Dei Genetricis Mariæ que major vocabatur cum altare S. Pancratii, et S. Benedicti. Hujus tempore Desiderius Rex Longobardorum construxit Monasterium in honorem B. Petri Apostoli juxta fluvium quod maxima dicit, et possessione recevit per sequens Præceptum.